Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cooperiet Ruth. iii. De booz cui illa ait
in area. expande inquit pallium tuum
super famulam tuam quia propinquus es. Item fi-
deliter. ut nos transduceret. Unde dicitur in ev.
quod in navicula dormiebat et transduxit eos.
¶ Talis sompnus recreationis Christi mo-
stratus est in sancta anima. ps. c. xvii. Quis
est iste locus recreationis mee. Certe anima
bona dicitur esse locus mundus per castitatem.
per caritatem. per sanctam conversationem et bonam
famam. fortis per patientiam. securus per humi-
litatem. In tali loco bene dormivit dominus.
Mr. abol et dormit. Quievit in pu-
ppe reclinem sicut dicitur est. Huius dormitio-
nem cum patrem et in prioribus requiescat. Sed
dissimiliter. in quibusdam non dormit frequenter
sicut in tepidis. quos furore suo comminatur
fugiunt. Job. Sub umbra dormit et cetera.
In quibusdam patienter sicut in luxuriosis
Job. In locis humentibus. In quibusdam la-
tenter ut in ypocritis Job. In secreto cala-
mi. In quibusdam potenter sicut in super-
bis. quia ibi non audet cum aliquam inquietare
Unde i. Re. Tu quis es qui inquietas re-
gem. et Judith. xiii. Nullus audebat cu-
biculum regis assiriorum pulsando aut
aperiendo inquietare. ¶ Sompnus iusti est
gratia. hic dormit secure Job. Defessus
secure dormies. Item honeste i. Re. iii.
Samuel dormiebat in templo ubi
erat archa dei. Item dulciter quia multa bo-
na sompniat. Jere. iii. De sompno
suscitatus sum et sompnus meus dulcis.
Item quiete quia in sinu et gremio dei. Ps.
In pace in idipsum. et Act. vii. De Steph.
qui inter lapides obdormivit in domino.
¶ Sompnus iniusti pessimus est. hic dor-
mit dampnose quia nichil lucratur. Prover.
vi. Usque quo piger dormis. Ys. Transiit
messis. finita est estas et nos salvati non
sumus. Item inhoneste quia in loco vili. iii. Re.
xix. De helya qui obdormivit. sub
umbra iuniperi. Item imprudenter quia hostibus
patet. ii. Re. iiii. De ysboseth cuius hosti-
aria obdormivit et hostium non clausit
Tempestive quia ante adventum sponsi
invenerunt dormitum. Matth. xxv. Moram faciente
sponso dormitaverunt omnes et dormierunt. Matth. xxvi. Je-
sus invenit discipulos dormientes. Item
venaliter. ps. Illumina oculos meos ne
unquam obdormiam in morte. Ys. lvi. Obdormi-
erunt nec reliquerunt. Moraliter in dormito-
rio prelatorum quidam sompniant de divitiis
et huiusmodi. et depauperabuntur. ps. Dormierunt
sompnum suum et nichil invenerunt et Job
xxvii. Dives cum dormierit nichil secum
afferet. aperiet oculos suos et nichil inveniet.
Gen. De pharaone de vii. spicis. Quidam
de deliciis et huiusmodi. fame consumentur. Gen.
de pistore. Deutr. consumentur fame. Qui-
dam de potentia et honoribus et huiusmodi. destruentur
et humiliabuntur. Dan. ii. de Nabuchodo-
nosor. statua aurea que redacta est in favillam
estive aree que rapta est vento et eiusdem
de arbore cuius potestas contingebat celum
et succisa est et cetera. De eodem

Veniet desideratus cunctis gentibus
Aggei ii. tamquam lumen a sole. tam-
quam calor ab igne. tamquam torrens a
fonte et tamquam odor a flore. Dicitur
autem venire hiis iiii modis. duplici de
causa. scilicet propter divinarum personarum processionis
equalem similitudinem. et propter nostri defecti sive
interminatis curationem. ¶ Primo dico
propter personarum divinarum processionis simi-
litudinem. quia sicut lumen procedit a sole et
tamen in sole radialiter consistit. et sicut
splendor sive calor ab igne procedit
et tamen ab igne non omnino recedit. Sicut tor-
rens a fonte emanat et sicut odor a
flore exalat et tamen flos ab hoc non
corrumpitur. sed in pulchritudine
et vigore suo perseverat. Sic et filius
a patre venit et emanat. Sic enim